



 EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
VII-
SIGNAT. 1819CCXII

PIAE LACRYMAE,

QVIBVS

ACERBVUM FVNVS

V I R I

NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, ATQVE EXCELLEN-
TISSIMI,

D O M I N I

DAVIDIS THEODOSII
LEHMANNI,

POES. PROFES. PVBL. ORDIN.

IN

ALMA LEVCORE ACELEBERRIMI,
DN. PATRONI, AC PRAECEPTORIS,
HACTENVS FELICISSIMI, IAM DESIDERATISSIMI,
IPSO DIE EXEQUIARVM
DIE XXIV. FEBRVARII ANNO MDCCXV.

LARGISSIME CONSPERGIT

David Botthelff Brüsbach/
SS. THEOLOG. STVD.

VITEMBERGAE,
LITERIS AVGUSTI KOBERSTEINIL

Schultheiß Davidt nicht leicht ferner nicht ver.



Plangite Pierides, iustos effundite questus,
In fletus oculos soluite, quaeſo, pios.
Vestibus ite, Meae, luctus profitentibus,
atris,
Officio vestro publica ferte mala.
Eripuit Vobis ſubito uis inuida mortis
LEHMANNVM, clarum Palladis arte VIRVM.
Occidit, heu! Noster, Candor, Virtusque, Fidesque,
Et claudit doctum docta Camoena librum.
Quem pietatis honos dudum ſuper astra locauit,
Qui quoque post mortem laude perennis erit.
Magnus Muſarum cecidit Phoebique Sacerdos,
Qui cecinīt doctis carmina docta modis.
Qui nouit dulci componere Carmen auena,
Ingenuus paſſim rifiſit ubique nitor.
Leucoreos inter Proceres qui nomine claro
Fulſit, et hinc ſtudii commoda multa tulit.
Hercu-

Herculeos ferme potuit sufferre labores,
Vicit permultos sedulitate sua.
Ingenii dotes generosa menteis acumen,
Iudicium magnum splendida facta probant.
Sed quis virtutum segetes exponere uellet
Omnes? quas nemo commemorare potest.
Hinc talem mortem cuncti deflemus acerbè,
Cogimur hinc illi dicere triste vale.
Solute iusta Viro, Musae, lugete Patronum,
Cumque piis lacrymis carmina maesta date.
Linquite Parnassum cursate ad Leucoris Almam,
Quam casus luctu tristior ille replet.
Ut quoque plectra petam, compellit maxima causa,
Obligat & sanctae me pietatis honor.
Sed rorant lacrymis oculi, pectusque dolore,
Affurgit questus, concutit ora mea.
Omnia membra stupent, subito vox faucibus haeret,
Quae, quaeſo, valeam condita verba loqui?
Quare non paterer rigidos decurrere nimbos,
Et totum fieri sinciput oceanum?
Aut saltem in geminos tabescere lumina rivos,
Perpetuoque meas amne natare genas?
Illo iam careo, mihi qui Pharus extitit olim,
Qui mihi praefidium, confugiumque fuit.

Cuius

vii

Cuius non cessans uigilauit profida cura
Pro uita semper proque salute mea.
Solers ille mei studii moderator, et idem,
Qui iuuuit factis consiliisque suis.
Ah utinam posse reuocari, MAGNE LEHMANNE,
Ac ex ore Tuo dogmata mille dare.
Sed, quid uota ualent? animum modo pascit inanem
Irrita spes; nam res sic placuere DEO.
Quid faciam? Concedo Deo. Secedite curae,
Viuida perpetuae nomina laudis habet.
Dente Theonino, non ira roditur ille
Amplius; ast dicit iubila grata Deo.
Summe Deus poenas a nobis tolle benigne,
Omina quaque latent, pelle sinistra procul.
Exhilares MOESTOS, tandem faciemque serenam
Ostendas clemens, tristia damna leves.
Damna leues, quae me pariter contingere cernis,
Nam STATOR, mea quae damna leuabat, obit.
Jain post fata TIBI grātam, BEĀTE LEHMANNE,
Contestor mentem, detque brabea Deus.
Postque piā mortem placida BEATE, quiete
Utaris; paucis: VIVE, QVIÈSCE, VALE!

Bang VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.
Funeralia K.-R.]

X285598A

VON
M 18



PIAELACRYMAE,
QVIBVS
ACERBVUM FVNVS

V I R I
NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, ATQVE EXCELLEN-
TISSIMI,

D O M I N I
DAVIDIS THEODOSII
LEHMANNI,

POES. PROFES. PVBL. ORDIN.

IN

ALMA LEVCORE ACELEBERRIMI,
DN. PATRONI, AC PRAECEPTORIS,
HACTENVS FELICISSIMI, IAM DESIDERATISSIMI,
IPSO DIE EXEQVIARVM

DIE XXIV. FEBRVARII ANNO MDCCXV.

LARGISSIME CONSPERGIT

David Botthelff Brüßbach/
SS. THEOLOG. STVD.

VITEMBERGAE,
LITERIS AVGVSTI KOBERSTEINII.

Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	8
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	8
Farbkarte #13																				
Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black												B.I.G.